



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Vsvardi Martyrologivm**

**Usuardus <Sangermanensis>**

**Lovanii, 1573**

Epistola Sev Præfatio Vsvardi Monachi, Ad Carolum Magnum, Regem  
Franciae, & Imperatorem, super opere Martyrologij.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42790**

## EPISTOLA SEV PRÆFATIO

VSVARDI MONACHI, AD CARO-

*lum Magnum, Regem Franciæ, & Imperato-*  
*rem, super opere Martyrologij.*

Omino Regum pijsimo, Ca-  
rolo Augusto, Vsvardus indi-  
gnus sacerdos ac monachus,  
perennè in Christo coronâ. Mi-  
nimè latet vestrà celsitudinem  
sapiētissime Princeps, qualiter  
monemur in imitandis antiquorum studijs, vt  
quicquid in gestis præcipuè ecclesiastico do-  
gmata congruis minus perfectum inuentum  
fuerit, debeamus vel pro posse supplere, vel  
certè suppleri optare. Quæ res pia quidem so-  
licitudine (vestro, si recordamini, iussu dignâter  
admoto) me ad hoc, etsi indignum, cõpulit, qua-  
tenus Sanctorũ sacras atque anniuersariõ reco-  
lendas festiuitates, ex quibusdã præcedentiũ pa-  
trũ Martyrologijs, in quãdam colligerè vnita-  
tem. Relebãque in ipsis eorundem solennita-  
tibus, quam multos propriæ negligentia ex-  
cessus, quos etiam purgari tali cupiebam of-  
ficio. Præterea & venerabilium Hieronymi  
scilicet ac Bedæ presbyterorum, pijs quamuis  
succinctis, super hoc prouocabar descriptis.  
Quorum prior breuitati studens, alter verò  
quãplures kalendarum dies intactos relinquês,  
multa inueniuntur huius operis præterijssè ne-  
cessaria: quos tamè sequutus, celsui & Flori me-  
morabilis viri latiora iam in eo ipso negotio se-  
qui vestigia, præsertim in secundo eiusdẽ libro.

Ibĩ

P R Æ F A T I O .

Ibi enim multa quæ in priori omiserat, & correxit & addidit. At si quid præter quod ab illis accepi, in hoc tempore auctum vel mutatum est, sagaci à me indagine id perquisitum agnosci poterit. Ceterum benignissime, idcirco hanc exiguitatis meæ præfatiunculâ huic opusculo inferere malui, vt sciretur non me in hoc vsum leuitatis conamine, sed potius vestris (vt erat dignum) paruïsse imperijs, catholicorum fidelium solito consulentibus vtilitati. Vnde quod vestrum est obsecro, vt si iustum decernitur, propriæ tuitionis anchora roboretur, quò videlicet & præsentibus regalis examinis auctoritate, & futuris tantæ auctoritatis firmetur examine. Excellentiam magnitudinis vestræ per multa annorum curricula, Rex regum Dominus sua dignetur custodire potentia.

A M E N.

Prolo-

Pro  
T



mun  
viro  
mini  
veno  
Beda  
Dein  
num  
non  
veru  
ibi n  
aper  
bus,  
vt a  
mor  
fam  
quod  
requ  
rum